inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequentes sad cuiusque Terminos, semper peremptorios, Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum, Seruitio militari, ad Munimenta, ad Euictores Vel alijs quibusuis ditionibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Vltra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ad praemissa omnia penitus Simpliciter Vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus, fatalijs Juris, protestatione Termini, bello, fori mentione ac alijs omnibus Juris remedijs et defensionibus non subterfugiendo, nec modo alio quouis excedendo. Ita sua praesens personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria Quinta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo

7/iv

Stawski Woiakowskie Quietat.

1093

Coram Generoso Dominico à Gumow Gumowski Capitaneo Zygmuntensi in locum in fratti Generosi Joannis à Staw Stawski Pocillatoris Leopoliensis Vicecapitanei loci praesentis Subdelegato, munusque hoc Subdelegationis suae in se, Successores, ac bona sua generaliter omnia, quo ad Vinculum praesens attinet libere et beneuole in se assumente, Officioque et Actis praesentibus

1140

Castren. Capitalibus Premisliens. Comparens personaliter ibidem Sup[ra]s[crip]tus Gnosus Joannes de Sbaw Sbawski Locilator Leopoliens. ut Ias[...] taneus Castren. Premisliens. Sanus mente et corpore exns, a Jure Fori sui Terrestri Dominis suis et Foribus, Juribus, Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis competentibus recedendo, praesenti vero Castren. Capitanea Premisliens. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporans atq[ue] subjiciens patam, libere, publice, ac expresse recognovit. Quia ipse Gnosos Joannem Remigianum, Georgium et Paulum Woiakows kie, olim Gnosi Gaspari Woiakowski, Judicis Terrae Premisliens. Filios, ejusq[ue] bonorum, uti et onerum Successores legmos, de Causa et Actione Judiceana persequentem, sup[ra]s[crip]tos Gnosos Woiakowskium ratione non restitutionis certi depositi, nempe in specie Centum Aureorum Ungaricalium, et Centum Talerorum Imperialium, sup[ra]s[crip]to olim Gnoso Judici Premisliens. persequentem dati et non restituti ad Officium praesens Castren. Capitaneale Premisliens. instituta, tum de poena Bannitionis, atq[ue] quovis processu et Decretis in ea Causa latis, nec non de eodem ipso Deposito et summa Mille Noningentorum florenorum polonicorum pro eodem Deposito Moneta nunc currenti Decreto Officii Castren. Premisliens. liquidata et adjudicata, ob satisfactionem sibi ratione ejusdem Depositi et summae liquidatae, per inscriptam Duorum Millium florenorum polonicorum Capellae Confraternitatis Sacrae Annae Matris Gloriosissimae Virginis Mariae ad Ecclesiam Parochialem certam sitae, per Sup[ra]s[crip]tum Gnosum Joannem Woiakowski, omnibus Parentibus suis Successoribus, in bonis Villae Wola Rozwiennicka in Districtu Radymnensi consistentibus modo Reemptitio Summam, Satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberosq[ue] et absolutos perpetuo pronuntiat, Causam eandem processusq[ue] quosvis, poenam Bannitionis cassat, mortificat, et annihilat praesens, eaq[ue] Decretis

1441

quibus iis recedit, sibi et suis Successoribus, ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium

Woiakowski Praeposito et Ecclesiae Prochnicensi inscribit in Vim Reemptionis alias na Wyderkaff.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Joannes in Rzeplin Woiakowski Vexillifer Nowogrodensis in Pelnatycze et Wola Rozw[illegible]niecka haeres, olim Generosi Casparii Woiakowski Judicis Terrae Praemisliensis filius, Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus que suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque Subjiciendo palam libere publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Summam Census Annui Videlicet Centum Sexaginta florenorum polonicorum monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis Triginta polonicis computando et hoc pro Summa Duorum Millium florenorum polonicorum, originaliter per Generosum Joannem Stawski de Staw, olim Generosi Georgii Stawski filium, Pocillatorem Leopoliensem et Vicecapitaneum Castrensem Premisliensem, olim Admodum Reverendo Joanni Lipski Plebano Prochnicensi, et eius Successoribus, atque Procuratori Capellae Confraternitatis Sanctae Annae, in bonis suis haereditariis Villae Wlezyszczowice in Terra Praemisliensi consistentibus in Vim Reemptionis alias na Wyderkaff inscripta parte autem Reverendissimi pro ore et Summa nempe Centum Aureis Ungaricalibus et Centum Taleris Imperialibus, Summam Mille Noningentorum florenorum polonicorum, monetae nunc currenti